



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrvis Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 12. Diuitum æquè malis, ac nummis carent pauperes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

Appono h̄ic talia expertum & confitentem Augustinum. Inhiabam, inquit, honoribus, lucris, coniugio, & tu irridebas. Patiebar in eis cupiditatibus amarissimas difficultates, te proprio tanto magis, quanto minus sinebas mihi dulcescere, quod non eras tu, &c. Et paulò infra: Quām ergo miser eram! & quomodo egisti, ut sentirem miseriam meam, die illo, quo, cum pararem recitare Imperatori laudes, quibus plura mentirer, & mentienti faueretur ab scientibus: easq; curas anhelaret cor meum, & cogitationum tabificarum febris astuaret. Transiens per quendam vicum Mediolanensem, animaduerti pauperem mendicum, iam credo saturum jocantem atq; l̄tantem: & ingemui, & locutus sum cum amicis, qui mecum erant, multos dolores insaniarum nostrarum: quia omnibus talibus conatibus nostris (qualibus tunc laborabam, sub stimulis cupiditatum, trahens infelicitatis meæ sarcinam, & trahendo exagerans) nihil vellemus aliud, nisi ad secundam l̄titiam peruenire, quo nos mendicus ille iam præcessisset, nunquam illuc forte peruenituros.

§. XII.

Dinitum &que malis, ac nummis, carrent pauperes.

Ex his exemplis perspicuum est, quām

R 5 verum

S. Augu-
stin. I. 6.
Confess.
cap. 6,

go vi
Ille
us, o-
it. Et
dumo,
mari-
ntium
ea sum
Opti-
t Ap-
ne cœ-
rgo &
faciat
quām
liuici-
Arta-
elitiae
omnis
usest.

r,

vita-
ulice
omnia
nqui-
itata.
pono

verum sit illud adagium ; *Vallis vitem decepit.* Ut enim valli, quibus vites alligatae fulciuntur, nonnunquam radicibus actis, ramis ac frondibus suis vitem strangulant, aut prostrati palmitem secum trahunt; sic diuitiae & rerum abundantia quibus opulentis nituntur, dum laetitias & voluptatem sperantur pariturae, plerumque curas gignit, & mille sollicitudinum procellas. Vbi enim plures curae, quam apud opulentos ? vbi rior quies, quam apud opulentos ? vbi somnus interruptior, quam apud opulentos ? vbi ciborum maius fastidium, quam apud opulentos ? vbi frequentior nausea vini, quam apud opulentos, qui, postquam se ad summum gutturem, ut Comicus ait, ingurgitarunt, omnia conuomunt ? vbi lites acerbiores, quam apud opulentos ? Et haec vita non sit amara ? cum tamen pauperes, nec tineam metuant, nec furem ; & totas noctes securi dormiant, postquam mucido, tamquam Deorum cibo, & limpida, tanquam nectare, sese suauissime refecerunt. Videte

Psal. 24. 8.

igitur, quam sit *dulcis & rectus Dominus:* iis, qui sunt sine solatio auri atque argenti, *dulcis:* qui autem spem in auro incertam & sollicitam habent, *rectus.* Dispicite ergo, quam

amarum

amarum sit, relinquere Dominum Deum, ac
fodere sibi cisternas dissipatas. Duo enim,
ait, mala fecit populus meus: Me derelique-
runt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cister-
nas dissipatas, que continere non valent aquas.

Ierem. 2.

19.

Ierem. 2.

13.

C A P V T XII.

*Non solum Religiosos & peculiares Dei
seruos, sed & seculares prodigiose
curatos & pastos.*

§. I.

Nihil deesse timentibus Deum.

NE quis autem existimet, Prophetis
tantum, atque Apostolis, virisque
Eremitis, & Religiosis hanc à Deo
curam impendi, suppetunt & rationes, &
præter ea, quæ de Lydwina diximus, alijsq.;,
alia exempla, quæ demonstrant, hanc pater-
nam filiorum alendorum præudentiam, in
alios quoq; fuisse corriuatam. *In præmissis*
veritatis nemo dubitet, inquit D. Hierony-
mus. *Sit homo, qui esse debet, & mox addentur*
ei omnia, propter quem facta sunt omnia. Quid-
quid est in hoc terrarū orbe, hominis cau-
sâ, conditum est. Nihil igitur se hominis v-
tilitati subducet, nisi ille se Dei obsequio
subducat. Igitur si homo ad eam, quam Deo
debet,

Supra,
c. 18.S. Hieron.
in c. 6.
Matth.